

VITA SANCTI HIERONYMI.

orationis locus: illud miserrimae carnis ergastulū: & ut mihi ipse testis est dñs: post multas lachry-
 mas: post caelo oculos inhaerentes: nōnunq̄ videbar mihi interesse agminibus angelorū: & læ-
 tus gaudensq; cantabā. Post te in odorē vnguentorū tuorū curremus. Quadriēnio itaq; dedica-
 tā pœnitentiæ exacto: ad Bethleem oppidū idem Hieronymus remeavit: vbi quasi prudēs ani-
 mal ad præsepe dñi sese cōtulit: qd' ab Hierosolymis sex milibus separāt cōtra meridiā plagā
 Accedensq; ad eiusdē vrbis pontificē Cyrillū nomine: petijt vt parochiā: quæ Bethlē fuerat si-
 ta: locum sibi habitandi tribueret. Cui nimirū mox qd' deuotōe poposcit: digne cōcessit. Digni-
 eteni habitaculi Bethleem adiuuatibus viris vicinis catholicis cōstruxit monasteriū. In quo ita-
 tuta ab apostolis regula degens cœpit: qd' olim multū cupierat: cum fratribus habitare: & cum
 Eusebio Cremonensi nobili viro: cuius postulatōe ex græco sermone quandā epistolā transu-
 lit in latinū: in quo vere sciendū: hanc matutinā psalmodiā: quæ nunc obseruat in occiduis ma-
 xime regionibus: canonicā functionē monasterijs institutā. Vbi prædictus vir ociosus nō fuis-
 se credendus est: qui tantū nobis in translatōe diuinæ scripturæ præstitit: vt ad hebræorū fontē
 pene non egeamus accedere: quoniam nos facundiæ suæ multa cognoscit vbertate satiasse: pluri-
 mis libris: copiosis epistolis fecit esse beatos: quibus scribere dño præstare dignatus est. Inter cæ-
 tera pfecto studio: suorū opuscula: a beato Petro sumens exordiū de viris illustribus scripsit:
 imitatus Tranquillū: Græcūq; Apolloniū: vbi de se ita refert. Post catalogū plurimorū: me quo-
 q; in calce voluminis quasi abortiuū & minimū omnium christianorū: posui: quo mihi necesse fuit
 vsq; ad quartūdecimū annū Theodosij principis: quæ scriperim breuiter annotare. Innumeris
 præterea iste libris: apostolorū: pphetarūq; cōstructionibus editis: immobilem catholicæ turrim ec-
 clesiæ contra perfidorū iacula cōsumauit. Omnes veteris testamenti libros: ex hebræorū codici-
 bus in latinū cōuertit. Danielē quoq; pphetam Chaldaico stilo prælocutū: & Iob iustū Arabico
 in Romanā linguā vtrūq; auctorē perfectā interpretatiōe mutauit: Matthæū nihilominus ex
 Hebræo fecit esse Romanū. Epistolā quidē suā ad Paulinū ex Senatore pref byterū mirificā de-
 stinauit: docēs quæadmodū scriptura diuinā adhibita cura perlegeret: vbi breuiter virtutē vni-
 us cuiusq; libri veteris & noui testamenti mirabiliter indicauit. Mirabiliter planus: honeste do-
 ctus: ac dulcis: parata copia sermonū ad quacūq; partem vertit ingenij: & vndecūq; interroga-
 tus fuisset: paratū haberet & cōperens sine aliqua dilatiōe responsū. Modo humilibus sua uer-
 blandis: modo superborū colla cōfringit: modo derogatoribus suis vicem necessaria mordacita-
 te restituens: modo virginitatē prædicans: modo matrimonia casta defendēs: modo virtutū cer-
 tamina gloriosa collaudans: modo lapsus in clericis: atq; monachis prauitatis accusans. Sed tamē
 men vbiq; locus se attulit: gentiliū exempla dulcissima varietate permiscuit. Sed nō erat hoc
 suæ volūtatis (sed vt ita dicam) grauissimæ necessitatis: vt pbaret ea: quæ a sanctis pphetis ante
 sæcula prædicta sunt: tam græcorū q̄ latinorū: & aliarū gentiū literis cōtineri: verum totum ex-
 plicans: totum exornans: & per diuersas disputatiōes disertus semper & æqualis incedens. Tan-
 ta namq; vtriusq; linguæ peritiā fungebatur: vt quoscūq; libros æolicos in manibus acciperet: læ-
 tine sine offensione transcurreret: iterum latinis Attico sermone relegeret: vt crederes hic esse
 scriptū: quod os eius in offensa velocitate fundebat. Vere dixerim catholicā istius hominis pru-
 dentiam: sanāq; doctrinā: quocūq; cōuersatus fuisset loco stabilis perstitit fidei firmitate. Nam
 certissime ignorantia inuidiāq; morbo languentes desipiunt: qui cum deuiasse a catholicā ec-
 clesiā: id est beati Petri fide: vel hæreticū fuisse arbitrant: qd' Eustochio mandauerit. Caue quæ-
 so: ne quādo & de te dicat deus: virgo israel cecidit: nō est qui suscitet eam. Vbi ad terrendos lu-
 bricos atq; incautos: quia deus iustus sit iudex subdens ista dixerit doctor: audēter loquor: cum
 omnia possit deus: suscitare virginē nō potest post ruinā. Valet quidē liberare de pœna: sed nō
 valet reformare corruptā. Hoc pculdubio ita dicendo: Non omnipotentia accipit deo: sed iustū
 iudicem manifestans asseruit. Nam (ni fallor) qualia sanctus Hieronymus Eustochio mandauit
 rit: talia ad Domicillā nepem imperatoris Domitiani admonitionis legimus verba: sed & ipsa
 verba qua de causa sint illi plata: audire gratius puto. Hæc omnino virgo Nereum & Achilleū
 Eunuchos cubiculario habuit: quos beatissimus apostolus Petrus lucratus fuerat Christo.
 Isti dum viderent dominam suam gemis ornari: & purpureis vestibus: atq; auro textis indui:
 dixerunt ei. Q. uanto studio ornaris in corpore: vt filium Consulis Aurelianū hominē mortā-
 lem accipias: si tanto studio in animo ornareris: regem imortalem dei filium adipisci poteras
 sponsum: Q. ui etiam te ipsam aeternam faceret: & nunq̄ tibi neq; ornamentis tuis neq; gaudijs
 finem permitteret: aut terminū cuenire. Respondit eis Domicilla: & ait: Q. uæ potest esse meli-
 or charitas: q̄ habere virum: suscipere filios: per quos posteritas dulcissima possit pparari: &

b iij